BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

Pro Comunità Mantegna Salvi Conv. ex libris Ferrariensis Penna
1502

PROHEMIVM MARSILII FICINI FLORENTINI IN PLOTINVM AD MAGNANIMVM LAVRENTIVM MEDICEM PATRIAE SERVATOREM

18

AGNVS COSMVS SENATVS CONSVLTO PA
m trię Pater: quo tempore concilium inter græcos atq; la
tinos ſub Eugenio Pōtifice Florentiæ tractabatur/ Phi
loſophum græcum nomine Gemiſtū/ cognomine Ple
thonem: quaſi Platonem alterum de myſtenis Platoni
cis diſputantem frequēter audiuit. Ecuius ore feruēti
ſic afflatus eſt protinus/ſic aĩatus: ut inde achademiam
quandā alta mente cōceperit: hanc oportuno primum
tempore pariturus. Deinde dum conceptum tātum Magnus ille Medices quodā
modo parturiret: me electiſſimi medici ſui Ficini filiū/ adhuc puerum/ tanto operi
deſtinauit. Ad hoc ipſum educauit indies. Operā prętetea dedit/ ut omnes nō ſo
lum Platonis: ſed etiam Plotini libros græcos haberem. Poſt hæc aūt anno mille
ſimo quadringēteſimo ſexageſimotertio: quo ego trigeſimum agebam ętatis an
num/ mihi Mercuriū primo Termaximū/ mox Platonē mādauit interpretandum.
Mercuriū paucis mēſibus eo uiuēte peregi. Platonem tunc etiam ſum aggreſſus.
Et ſi Plotinū quoq; deſiderabat/ nullū tamen de hoc interpretando fecit uerbū: ne
grauiore me pondere ſemel premere uideret. Tāta erat uiri tanti erga ſuos clemen
tia: in oēs tanta modeſtia. Itaq; nec ego quidē quaſi nec uates aggredi Plotinum
aliquādo cogitaui. Verum interea Coſmus/ quod uiuēs olim in terra reticuit/ tan
dem expreſſit: uel potius impreſſit ex alto. Quo. n. tēpore Platonem latinis dedi
legēdum: Heroicus ille Coſmi animus heroicā Iohannis Pici Mirandulæ mētem
neſcio quomodo inſtigauit: ut Florentiā/ & ipſe quaſi neſciens qūo: pueniret. Hic
ſane quo anno Platonem aggreſſus fueram natus: deīde quo die/ & ferme qua ho
ra Platonem edidi/ Florētiam ueniēs: me ſtatim poſt primā ſalutationem de Plato
ne rogat. Huic equidem Plato noſter inquā hodie liminibus noſtris eſt egreſſus.
Tunc ille/ & hoc ipſo uehemēter congratulatus eſt: & mox neſcio quibus uerbis:
ac ille neſcit quibus/ ad Plotinū interpretādum me non adduxit quidem: ſed po
tius cōcitauit. Diuinitus profecto uidetur effectum/ ut dum Plato quaſi renaſcere
tur: natus Picus heros ſub Saturno ſuo Aquarium poſſidēte. Sub quo & ego ſimi
liter anno prius trigeſimo natus fueram. Ac pueniens Florentiā quo die Plato no
ſter eſt editus/ antiquum illud de Plotino herois Coſmi uotum mihi prorſus occul
tum: ſed ſibi cælitus inſpiratū/ idem & mihi mirabiliter inſpirauerit. Quoniā ue
ro nunc circa philoſophandi officium/ diuinam attigimus ꝓuidentiā: operępretium
fore uidetur: ut eam paulo latius proſequamur. Non eſt profecto putandum acu
ta & quodāmodo philoſophica hominū ingenia unq; alia quadā eſca/ preterq; phi
loſophica ad perfectam religiōem allici poſſe paulatim/ atq; perduci. Acuta. n. in
genia plerunq; ſoli ſe rationi cōmittunt: cūq; a religioſo quodā philoſopho hanc
accipiūt/ religionē ſubito cōmunē libēter admittunt. Qua quidē imbuti ad melio
rem religionis ſpēm ſub genere comprehēſam facilius traducunt. Itaq; nō abſq;
diuina ꝓuidentia/ uolēte uidelicet/ oēs pro ſingulorum ingenio ad ſe mirabiliter
reuocare/ factum eſt/ ut pia quędam philoſophia quondam & apud Perſas ſub

BIBLIOTECA COMUNALE VOL. N.
1492
BIBLIOTECA COMUNALE PENNA

Zoroaſtre: & apud ęgyptios ſub Mercurio naſceretur/utrobiq; ſibimet conſona? Numireť deíde apud Thraces ſub Orpheo atq; Aglaophemo. Adoleſceret quoq; mox ſub Pythagora apud græcos & italos. Tādē uero a Diuo Platone conſuma reť Athenis. Vetus aūt theologorū mos erat/diuina myſteria cū mathematicis numeris & figuris: tū poeticis figmētis obtegere: ne temere cuilibet cōmunia forēt. Plotinus tandē his theologiam uelaminibus enudauit: primuſq; & ſolus ut Porphyrius Proculuſq; ceſtanť archana ceterū diuinitus penetrauit. Sed ob ĩcredibilē cū uerborū breuitatē: tū ſentētiarū copiā: ſenſuſq; ꝑfunditatē/nō trāſlatione tātū linguæ: ſed cōmentarius idiget. Nos ergo ĩ theologis ſupioribus apud Platonē atq; Plotinū traducendis & explanādis elaborauimus. Vt hac theologia ĩ lucem ꝑdeunte/& poetę deſinant geſta myſteriaq; pietatis ĩpie fabulis ſuis annumerare: Et pipatetica q̄plurimi ideſt philoſophi pene oēs ammoneanť/non eſſe de religione ſaltē cōmuni/tanq̄ de anilibus fabulis ſentiendū. Totus. n. ferme terrarū orbis a pipateticis occupatus in duas plurimū ſectas diuiſus eſt Alexandrinā & Aueroĩcam. Illi q̄dem ĩtellectū noſtrū eſſe mortalē exiſtimāt. Hi uero unicū eſſe cōtēdūt: Vtriq; religionē omnē funditus ęque tollūt: præſertim quia diuinā circa homines ꝓuidentiā negare uidenť. Et utrobiq; a ſuo etiā Ariſtotele defeciſſe. Cuius mētem hodie pauci prēter ſublimē Picum Cōplatonicū noſtrū ea pietate qua Theophraſtus olim & Themiſtius/Porphyrius/Symplicius/Auicēna/& nuper Plethon interpretanť. Siquis autem putet tam diuulgatā ĩpietatē/tamq; acribus munitam ĩgeniis ſola quadam ſimplici prędicatione fidei apud homines poſſe deleri/is a uero longius aberrare: palā re ipſa ꝓcul dubio cōuinceť: Maiore admodū hic opus eſt poteſtate. Id aūt eſt uel diuinis miraculis ubiq; parentibus: uel ſaltē philoſophica quadā religione philoſophis eā libērius audituris/quādoq; ꝑſuaſura. Placet aūt diuinæ ꝓuidētiæ his ſæculis ipſū religionis ſuæ genus auctoritate rōneq; philoſophica cōfirmare: quoad ſtatuto quodā tēpore ueriſſimā religionis ſpēm: ut olim quādoq; fecit/manifeſtis ꝓoēs gentes cōfirmet miraculis. Diuina igiť ꝓuidētia ducti diuinū Platonem & magnū Plotinū interpretati ſumus. Platonem quidem ipſum miſimus ad te iandiu: Vt apud eum aliquando reuiuiſceret: in quo reuixit Coſmus atq; renatus/adoleuit ad uorū/& fęliciter floret adultus. Plotinum uero nunc & ſi iure miſſuri ſumus/non tam mittimus quidē q̄ ſpectamus ad tuas edes ultro & alacriter ꝓperantē/tanq̄ ab ipſo Platone/uelut ferū a lapide quodā Herculeo raptum: ut penes te Magnanime Laurēti unice litteratorū Patrone una cum Platone ſuo fęliciſſime uiuat. Audi ergo fęliciter Plotinum de omnibus philoſophię myſteriis apud te cum platone loquentē. Sed ante q̄ hunc auſcultes: Porphyrius pius eius diſcipulus tibi auſcultandus erit/uitam/mores/geſta magiſtri/& breuiſſime ſimul & ueriſſime narrans. Cuius hyſtoriā Angelus Politianus noſter alūnus tuus/acerrimo uir iudicio tam oratoriam q̄ phīcam eſſe cenſet: proprerea tibi admodum placitura. Deniq; non ſolum audi fęliciter: ſed etiam fęliciſſime uiue. Et q̄tum nos amas dilectiſſime Laurenti: tantū precor noſtrum ama Valorem. Phīlippum inquā Egregium Virum/& Platonicæ ſapientiæ ſtudioſum/& te ardenter amantem.

Dicam ſacer philoſophia apud quos naſceretur/in quā ĩ urbem.

BIBLIOTECA COMUNALE DI SIENNA

PLOTINI VITA
COMPOSITA A PORPHYRIO DISCIPVLO SVO TRADVCTA VERO A MARSILIO FICINO FLORENTINO

PLOTINVS DELITIAS ET INANEM GLORIAM VITAMQVE CONTEMNEBAT: OBIIT ANGINA: APPARVIT DRACO.

PLOTINVS PHILOSOPHVS NOSTRO SECVLO singularis: pudore quodam affici uidebatur/ꝙ anima eius in corpore esset. Cum igitur sic esset affectus/nimirum neq; unde genus duceret: neq; quibus esset ortus parentibus: neq; etiam qua patria oriundus/æquo animo narrabat. Idem tantopere indignabatur effigiem corporis tradere pictoribus & plastis exprimendam: Vt cum Amelius obsecraret/ut imaginem suam permitteret effingi: quasi uero inquit nō satis hanc imaginem ferre sit: quam natura nobis ab initio circūdedit/ etiam cēses imaginis huius imaginem diuturniorem insuper posteris/ut opus spectaculo dignum relinquēdum. Cum igitur id sedulo denegaret: renueretq; sedendo pictoris operam expectare: Amelius amicum nomine Carterium pictorem suis temporibus optimum Plotini scholas ingredi iussit. Licebat enim cuiuis cętibus ibi disputantium interesse. Pictorem igitur assuefecit Amelius longa quadam attentione concitatiores ex intuitu imagines mēte concipere. Deinde dum & Carterius ex imagine memoriæ commendata similitudinem rite referret: Et Amelius simul lineamenta ad consequendam similitudinem emēdaret: pictoris huius ingenio simulachrum reddidit Plotino nescienti simillimum. Proinde cum sæpe colico uexaretur morbo: semper clysteres renuit: negās decere senem curationes eiusmodi. Neq; theriaca antidota unquam accepit: cum nec ex animalium quoq; mansuetorum corporibus capere escā se diceret. Abstinebat & balneis: Frictionibus autē domi quotidie utebatur. Cum uero ingrauescente supramodum pestilentia qui perfricabāt eum/e/uita iam decessissent: Ipse autem curationes id genus omnino neglexisset/ paulatim in anginam incidit. Quod sane malum olim me præsente nullum sui unquam dedit indicium. Cum uero discessissem usq; adeo morbi huius pestis ĩualuit/quemadmodū postea redeūti mihi amicus Eustochius retulit. qui Plotinum usq; ad obitum nō deseruit: ut raucedine nimia clarus atq; canorus ille uocis rotundæ uigor omnis abiret. Caligaret & uisus: manusq; & pedes ulcerarentur. Quamobrem cum amici eum nō amplius salutarent: propterea ꝙ ipse omnes ore proprio appellare consueuerat/ex urbe discessit. Profectusq; in campaniā/deductus est in agrum Zethi

ueteris amici ſui uita iã functi. Neceſſaria uero illi ex rebus hęredibuſq; Zethi ſup peditabantur. Atq; etiam ex Minturnis a Caſtricii agris afferebantur. Caſtricius enim prædia Minturnis habebat. Cum uero morti Plotinus appropinquaret: quemadmodũ nobis Euſtochius retulit: qui puteolis habitabat: ac ferme tardius ad eum acceſſerat/ adhuc te inquit expecto: atque equidem iam annitor/quod in nobis diuinum eſt/ ad diuinum ipſum quod uiget in uniuerſo/redigere. Spiritũq; his uerbis emiſit. Interea draco ſub lecto in quo iacebat ille/ pererrans mox ĩ pa rietis foramen ſe prorſus occuluit. Agebat uero tunc Plotinus annos/ut retulit Euſtochius ſex atq; ſexaginta. Secundo Claudii imperatoris anno iam peracto. Quo uero tempore Plotinus ex hac uita migrauit/ego quidem Porphyrius in Lilybeo uerſabar. Amelius autem ĩ Apamea Syrię. Sed Caſtricius erat Romæ. Solus deniq; Euſtochius aderat. Iam uero ſi computemus a ſecundo Claudii imperatoris anno/exactos iam annos ſex atq; ſexaginta/natiuitatis illius tempus cum tertiodecimo Seueri imperatoris anno concurrit. Ipſe uero neq; quo menſe neq; quo die natus eſſet cuiquã declarauit. Quippe cum nequaquam decere putaret/ natalem eius ſacrificiis conuiuiiſq; celebrari. Quamuis ipſe in Platonis Socratiſq; quæ traduntur natalibus/& ſacris operaretur/& conuiuio amicos exciperet: ubi ſane oportebat amicos omnes/quicunq; poſſent/orationem quandã rite conſcriptam in cętu omnium qui concurrerant recitare. Quæ uero de uita ſua ipſemet ĩ con fabulationibus noſtris ſæpe narrauit/talia ſunt.

De Educatione Plotini & diſciplina ſub Ammonio & condiſcipulis eius: & quo tempore.

Eferebat igitur ſe dum octauum ageret ætatis annum: ac iam ad litterarum accederet præceptorem: adhuc tamen ſolitum ad nutricem diuerrere: ſugędiq; lactis auiditate nutricis nudare papillas. Cum uero quandoq; ſibi obiceretur/ q̃ puer eſſet moleſtus/ pudore cohibitum deſtitiſſe. Poſt hæc cum octauum atq; uigeſimum ætatis annum iam impleret: ſe philoſophię amore uehementer accenſum/commendatũ fuiſſe iis qui tunc Alexandriæ excellentiores habebantur: Sed tandem ex eorum ſcholis triſtem admodum męſtumq; diſceſſiſſe: & amico cuidã męroris ſui cauſam declaraſſe. Qui ſuę mentis affectum plane cognoſcens/ ad Ammonium/ cuius nullum adhuc periculum feciſſet adduxerit. Deide cum Ammonii ſcholas ĩgreſſus audiſſet illum/amico dixiſſe: Hunc ipſum o/amice quærebam. Ex eo igitur die annos undecim ſedulus audiuit Ammonium: tantumq; in ea philoſophia profecit: ut philoſophiæ inſuper in qua Perſę ſe exercebãt/facere periculum affectauerit: Atq; etiam ſapientiam precipue apud Indos probatam proſequi conſtituerit. Igitur cum Gordianus imperator profecturus eſſet in Perſidem/ bellum populis illaturus: Plotinus exercitui ſe adiunxit: quaſi annos iam ætatis agens nouem atque triginta. Sed poſtquam Gordianus circa Meſopotamiam ĩteremptus eſſet/ Plotinus uix aufugiens in Anthiochiam ſoſpes euaſit. Deinde imperante Philippo Romam uenit quadrageſimum iam natus ætatis annum. Cum uero Eremnius & Origenes &

Plotinus olim inter se constituissent: ne Ammonii dogmata ederent/ quę audita ab eo tanquam im primis purgata præcipue comprobauerant. Plotinus quidē sterit promissis familiariter quidem nonnullos excipiens salutantes. Instituta uero Ammonii secreta integraq; conseruans. Eremnius autem primus pacta dissoluit: Et Origenes anticipantem Eremnium est deide sequutus. Scripsit uero nihil/ præter quendam de Demonibus librum: Atque sub Galieno librum/ in quo Regem solum effectorem esse probabat. Plotinus autem a scribendi studio diutius se continuit. Solum uero quæ ex Ammonii consuetudine olim acceperat suis colloquiis inserebat. Atq; ita integros annos decem perseuerauit: colloquio quidem non nullos admittens: Scribens uero nihil. Sed quoniam permiserat uel inuitauerat familiares suos pro arbitrio eum interrogare. iccirco Amelius ait/ Ludum illum confusionis cuiusdam fuisse plenum/ atque nugarum. Hic sane Amelius accessit ad eum /Romæ triennium iam agentem/ anno Philippi imperatoris tertio: perseuerauitq; apud illum usq; ad primū Claudii imperatoris annum. Atq; ita integros cum eo uixit annos quattuor atque uiginti. Hic cum primum se contulit ad Plotinum/ eo duntaxat habitu prædituś erat: quem ex Lysimachi familiaritate conceperat. Tolerantia uero laboris omnes condiscipulos superabat. Propterea q; omnia ferme Numenii dogmata scripserit & attulerit: plurimaq; memoriæ commendauerit. Qui ex ipso audiendi studio commentariola quædam scholastica congerens/ cētum ferme ex his libros composuit. Quæ Iustiliano cuidam Hesychio Apamēsi adoptiuo filio/ dono dedit. Decimo autem Galieni imperatoris anno ego Porphyrius e Græcia una cum Antonio Rhodio Romam ueniens Amelium repperi/ octo & decem iam annos Plotino familiariter usum. Nihil tamen adhuc ausum scribere/ preter quedam ut dixi commentariola: Quę nondum in numerum creuerant centenarium. Proinde Plotinus decimo Galieni imperatoris anno/ ferme iam nouem & quinquaginta annos agebat. Ego uero Porphyrius cum primum huic adhæsi: triginta tunc annos impleueram. Plotinus quidem primo Galieni imperatoris anno se ad scribendas conuertit/ qualescunq; incidennt quæstiones: Ac decimo eiusdem anno/ quando Ego Porphyrius Plotino sum cognitus/ scripserat iam unum uigintiq; libros. Quos quidem traditos paucis deprehendi. Nondum enim facilis erat editio. Neq; quiuis eius conscius erat. neq; enim facile neq; temere aliquid edebatur. Sed illi duntaxat accipiebāt: qui essent maturo quodam iudicio comprobati. Scripta uero hæc iam erāt: quæ dicam. Quæ cum ipse nequaquam certis titulis inscripsisset/ alius aliter libros inscripserat. Inscriptiones igitur quę magis obtinuerunt/ eiusmodi sunt.

Quę Plotinus scripserit: Quo ordine: Quo tempore.

d Epulchro.
De animi immortalitate.
De fato.
De essentia animæ.

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

De intellectu & ideis & ente.
De animæ descensu in corpora.
Quomodo a primo fit quod est post primum/atq; de uno.
Vtrum omnes animę una sint
De ipso bono uel uno.
De tribus principalibus substantiis.
De generatione & ordine eorum quę sunt post primum:
De duabus materiis.
Considerationes uariæ.
De circulari motu cæli.
De suo cuiusq; nostrum Dęmone.
De rationali exitu.
De qualitate.
Vtrum singularium etiam sint ideę.
De uirtutibus.
De dialectica.
Quomodo Anima inter essentiam indiuiduam: & diuiduam Media esse dicatur.
Hi ergo libri unus atque uigiti/quando eum primo conueni/scripti iam erant: Quando & Plotinus nonum & quinquagesimum annum ætatis agebat. Ego autem & hunc ipsum annum: & insuper quinque deinceps cum Plotino uersatus sum. Quinetiam alias paulo supra decennium Romam ueneram/quo tempore Plotinus otiosus ducebat æstates. Quãuis confabulantium consuetudinem minime deuitaret. In his autẽ sex quos modo dicebam annis quæstiones multæ in disputando discussæ sunt diligenter. Ideoq; Amelio mecq; simul hortantibus/scripsit libros de eadem quęstione duos/ probans unum & idem ubiq; totum simul adesse. Scripsit deinceps duos insuper alios: quorum alter quidem asserit/quod est supernus ente non intelligere. Alter uero distinguit quid primo intelligat: quid ue secundo. Scripsit etiam librum.
De eo quod est in potentia/quod ue existit in actu:
Item quomodo incorporea minime patiantur.
Primum de anima.
Rursus de anima secundum.
Deniq; de anima tertium: uel quomodo uideamus.
De contemplatione.
De intelligibili pulchritudine.
Quod intelligibilia non sint extra intellectum: & de intellectu atq; bono.
Contra Gnosticos:
De numeris.
Cur quæ procul uidentur exigua uideantur.
Vtrũ in longitudine rẽporis felicitas consistat.
De mixtione per omnia.
Quomodo idearum extitit multitudo: atq; de bono.
De uoluntario.

De mundo.
De ſenſu atq; memoria.
De generibus entis primum.
Secundum de genenbus entis.
De genenbŭs entis tertium.
De ęternitate & tempore.
Hi ergo libri quattuor & uiginti quos in ſex illis annis quos cum eo uixi con ſcripſit/aſſummens uidelicet ex occurrentibus quęſtionibus occaſionem opor tunitatemq; ſcribendi:quemadmodum ex capitibus uniuſcuiuſque libri ſigni ficauimus. Hi inquam libri una cum uiginti & uno/ quos anteq̃ accederem compoſuerat: ſummatim quinque ſuper quadraginta conficiunt. Quo ue ro tempore in Sicilia uitam agebam: quo perueneram circa quintumdecimũq; Galieni imperatoris annum:Plotinus libros quinq; compoſuit: & ad me in Si ciliam miſit.
De beatitudine.
De prouidentia primum.
De prouidentia ſecundum.
De ſubſtantiis cognoſcentibus:atq; illis ſuperiore:
De amore.

Hos itaq; libros miſit ad me primo Claudii imperatoris anno:Inter initia ue ro anni ſecundi: quando & paulo poſt ex hac uita migrauit. Hos præterea mi ſit.
Quæ ſint mala.
Vtrum ſtelle aliquid agant.
Quid homo/Quid animal.
De primo bono/cæteriſq; bonis.
Hi uero libri una cum quinque & quadraginta primo tempore ſcriptis/ atq; ſe cundo quinquaginta & quattuor computantur. Quemadmodum uero con ſcripti ſunt: alii quidem in ętate prima: Alii uero in ipſo uigore uitæ: Alii deniq; defeſſo iam corpore: ſic ferme libri uim ſimilẽ ipſi declarant. Primi nanq; unus atque uiginti/ſi cum proxime ſequẽtibus conferantur/ leuiorem uim habere ui dentur:nondum ſatis conſtans robur habentem. Qui uero medio tẽpore com poſiti ſunt/uirtutis florem præferunt ad ſummum uſq; uigentem. Taleſq; ſunt quattuor & uiginti:exceptis quibuſdam paucis/perfectiſſimi. Vltimi denique nouem remiſſiorem iam referunt facultatem. Idq; poſtremi quattuor magis q̃ antecedentes quinque declarant.

Auditores Plotini. Et quantum ſit ſalubris abſtinentia

a Vditores quidem multos habuit: imitatores autem & gratia phi loſophiæ ualde familiares/Amelium Tuſcum/& alios. Sed Ame lio huic proprium nomen Gentilianus extiterat. Ipſe uero ſe per